

יְדוּרָה בַּמַּעַי הַדָּג

RECENTISSIMORVM SENTENTIAM

DE

IONA IN PISCE

SVB DIVINIS AVSPICIIS

ET

AMPLISSIMO SAPIENTVM ORDINE
CONSENTIENTE

PLACIDAE ΣΥΜΦΙΛΟΛΟΓΟΥΝΤΩΝ ΣΥΓΚΡΙΣΕΙ
MODESTE SVBMITTVNT

M. CHRISTIANVS GOTTHOLD
WILISCH

ET

CHRISTIANVS FRIDERICVS
KLVGIVS S. T. S

BERBISDORPIO-MISNICVS

AD D. XIII. KL. MAIAS A. R. S. clb l3 cc XXI

LIPSIÆ

EX OFFICINA BREITKOPFIANA

a. CXXXV. 36.

oll. diss. A
35, 36

IONA IN PIRSC

AMPLISSIMO SAPIENTVM ORDINE
CONSISTENTE

M. CHRISTIANVS GOTTOLD
WILSCH

CHRISTIANVS FRIDERICS
KUNIGS



PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
IOANNI HENRICO
DE TRVTSCHLER

CVBICVLI REGII PRAEFECTO,
NEC NON RERVM METALLICARVM ET
AD CAMERAM REGIAM
SPECTANTIVM

CONSILIARIO SPECTATISSIMO

DYNASTAE
IN BERBISDORFF, RAGEWITZ ET GRUBNITZ
ET RELIQA

ILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
GEORGIO GOTTLIEB
RITTERO
POTENTISSIMI REGIS POLONIAE
ET ELECTORIS SAXONIAE
VICE-CANCELLARIO GRAVISSIMO
DOMINIS MAECENATIBVS AC PA-
TRONIS EA, QVA PAR EST, OBSERVAN-
TIA COLENDIS AC DE VENE-
RANDIS
PERPETVAM FELICITATEM

HAud pauca sunt , EXCELLENTISSIMI
DOMINI, beneficiorum documenta, qui-
bus me hucusque beatum admodum ef-
fecistis. Non abs re foret, si tantorum
VESTRORVM meritorum praeconem agerem,
nisi forte res ipsa multorum oculis iamiam ex-
posita loqueretur. Nihil itaque mihi prius, ni-
hil antiquius duco, quam de omnibus iis, quibus
VOS MAECENATES OPTIMI, in studiis meis promo-
uendis intenti fuistis commodis, gratum meum
animum testari, VOBISQVE hoc, quicquid est,
humillima animi reuerentia ac obseruantia fa-
crare. Aequum enim piunque est, vt in illos
antea redundant fructuum primitiae, qui in pul-
lulandis illis operam mutuam collocarunt. En
itaque fructus! quibus mihi acquirendis VESTRAE
EXCELLENTIAE subsidiarias contulere manus,
VOBIS itaque SOLIS sua constare primum de-
bet messis. Fateor equidem, hoc leue ingenii
monumentum iuuenili ausu esse positum; ast
tamen de EXCELLENTISSIMORVM MAECE-
NATVM placida huiusce approbatione clemen-
tique in me fauore non est, quod dubitem.
Huius enim caussa Vos, ILLVSTRES DOMI-
NI, me in hanc Academiae palaestram aman-
dari voluistis, vt expectationi VESTRAE satis-
fiat.

fiat. Quodsi igitur hoc tenui specimine VESTRIS desideriiis non satisfactum sit, omni tempore annitar, vt votis TANTORVM VIRORVM ex asse demum respondere queam, Conseruet modo summum Numen Vos sospites ac incolumes, quo sub auspiciis VESTRIS studia qualiacunque mea florere, ad ἀκμὴν exoptatissimam peruenire, VESTROQUE nutu ac auctoritate suffultus Patriae et Ecclesiae demum rite recteque inferuire possim

*Vestrorum Excellentissimorum
Nominum*

*Scribebam Lipsiae D. XIV
Kal. Maias A. O. R.
c13 13 cc XXI*

humillimus et deuotissimus
cultor

CHRISTIANVS FRIDERICVS
KLVGIVS

ה ק ר מ ה



Rambem saepius quā bis recoctam apponere vel Iliada scribere videor post HOMERVM, dum de IONA in pisce meditari suscipio. Pleni enim sunt hoc argumento omnium veterum et recentiorum commentarii, qui sanctissimi hujus Vatis scriptum explicant; Plenae eruditorum quorundam dissertationes more conscriptae Academico; Plena denique BOCHARTI, RONDELETI, ALDROVANDI, aliorumque complurium, qui animalium, et piscium in primis naturam illustrarunt scriptis, volumina praestantissima. At vero cum nouam modum, quo IONA in pisce delituerit, explicandi sententiam haud ita pridem a Viris quibusdam celeberrimis orbi litterato expositam fuisse constet: ego, quid ea de re sentiam, modeste καὶ ἀνευ πάσης edifferere mecum constitui. Duo videlicet nondum integri elapsi sunt anni, quando PETALOSSIVS, LVGDVNENSIVM in GALLIA medicus, Societati Litterariae, quae in ea ciuitate floret, dissertationem quandam criticam de IONA in Balaena exhibuit, qua ille IONAM non in ventre piscis, sed intra faucium capacitatem commoratum esse statuit. Quae ipsius sententia cum ex Ephemeridibus TREVOLTINIS, quibus integra inserta et Archiepiscopo LVGDVNENSI

A

sacrata

sacrata legitur haec dissertatio, in publicis rerum in-
 ter eruditos nouarum tabulis, quae patrio sermone
 in hac nostra Academia conscribi solent, recensita
 fuerit, digna visa est V. C. CHRISTOPHORO AVGV-
 STO HEVMANNO, magni nominis Philologo, quam
 publico applausu suo exciperet, eumque epistola qua-
 dam publica ad V. C. IO. GOTTLIEB. KRAVSIVM,
 exarata testaretur. Neque vero Viri hi doctissimi co-
 natum hunc meum aegre ferent, dum omni huma-
 nitatis modestiaeque studio dissensum ab iis meum fu-
 erim professus. Ego profecto odi profanum homi-
 num vulgus et arceo, qui atram sibimet ipsis bilem
 commouent, alios vel inuitos ad arma laceffunt at-
 que prouocant, imo per saepe de stillicidiis ius dice-
 re et vacuo municipio, vt pannofus aliquis aedilis,
 vasa minora frangere litemque de tribus capellis diri-
 mere fatagunt; Illud vero publicae litterarum rei sa-
 lutare existimo, cum eruditis non de gloriae palma,
 sed rei veritate in aciem prodire et ex conflictu vel
 cedendo doctiorem discedere. Negotii igitur huius
 rationes ita institui, vt omnium primum Scriptoris
 sacri verba carptim strictimque explicarem, ratus
 omnem hanc controuersiam iisdem decidi posse et de-
 bere. Dein quoque PETALOSSII argumenta, tum
 ea, quae aduersam sententiam infringere et op-
 pugnare debent, tum ea, quibus suam inniti et sufful-
 cire posse credit, retundere et eneruare allaboravi

בְּסִיעָתָהּ דְּשִׁמְיָא

I

Ionas Numine diuino afflatus, legationem, quam DEVS ad Niniuitas ipsi commiserat, declinare improbo conatu cupit, Ioppen se conferens nauem ibi conscendit, quae Tarsisam tendebat. Ea se mari ventisque vix tradiderat, irruit tempestas, mare vento acrius concitatum fluctus iactat, omnesque, quos nauis vexerat, vltima sibi instare metuunt funera. Causas irati Numinis scrutantur, eumque, cui ille minus faueat, sorte explorare placet. Eheu! IONAS tangitur, vt sceleris luat poenas fluctuum injuriis traditus a pisce absorbetur. Ipse hic diuinus vir haec omnia enarrat, et quid sub vndarum rabie ipsi contigerit, hisce verbis exponit:

C. II. v. I

וַיִּמַן יְהוָה דָּג גָּדוֹל לְבַלַּע אֶת - יוֹנָה וַיְהִי יוֹנָה בְּמַעַי
הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים וּשְׁלֹשָׁה לַיְלוֹת :

Paraphrasis Chaldaica

וַיִּמַן יְיָ נוֹנָא רַבָּא לְמַבְלַע יַת יוֹנָה וַהוּא יוֹנָה
בְּמַעַיָּא דְּנוֹנָא תְּלָתָא יוֹמִין וַתְּלָתָא לַיְלוֹן

II Igitur vt ab ea voce initium faciamus, quae primo loco apparet, מְנָה, non יִמַן, vti CHRISTOPHORVS a CASTRO I) errauit, est in Kal numerare, in Piel vero *certa quantitate certoque modo de-*

*finire et praeparare vel destinare cum cura efficiendi, ut res praesto sit ad usum, sunt verba IACOBI GOVSSE-
TII. Ita DAN. I, 10. CHALDAEORVM Rex DANIELI et eius conuictoribus cibi potusque portionem (מִנְה) destinauerat, quem locum hanc in rem Rabbiorum haud pauci, SALOMO BEN MELECH, DAVID KIMCHI, aliique allegant; et ION. IV. 6. 7. 8. eodem vocabulo Deus קִיָּין et תולעת praeparasse dicitur. Seruat hanc vocabuli notionem CHALDAEVS, qui per זמן reddidit, quod a voce זמן tempus proprie statutum conditum et determinatum significante descendit et piscem certo et singulari fine quasi eo vocatum esse indicat. Ita ELEASARVM זמנו destinarunt ad arcam Dei obseruandam. 1 Sam. IX, 24. Quorsum etiam tendit IVDAEORVM explicatio, in quibus ABEN ESRA, DAVID KIMCHI et ABAR-BENEL verbum hoc זמן per זמן quam commodissime παραφράζουσι.*

לבלע ad deglutiendum, absorbendum. Haec enim est naturalis huius verbi vis et significatio, quae de profunditate Messiam absorbente Psalm. LXIX. 16; de homine ficum nondum maturum ex appetitus impetu deuorante Jer. XXVIII. 4. et de LOBO sputum lingente C. VII. 19; apud Chaldaeos vero de dracone Jer. LI. 34, de terra homines seditiosos Ps. CVI, 17. et de abyssu maris Aegyptios deglutiente Exod. XV, 12. inter alia multa usurpatur. Graeci καταπιεσθαι habent, quod est penitus deuorare aut deglutire, vti ex Aristophanis Enarratore constat, atque ex frequenti Graecorum in

in

in sacris litteris V. T. vertendis vsu. 2.) conf. *Exod. XV.*

12. Iob. VII. 19. ו. ט. π.

ויהי יונה במעי הרג

כלי כלי carent singulari (nisi forte ad formam כלי est מעי) apud Ebraeos, quo tamen apud *Chaldaeos* gaudent, et partes notant proprie, quae intra hominem sunt, e. g. intestina, quae cibo expleri queunt *Ezech. III. 3.* aut in morbo difficiliore per aluum excuti solent *2 Chron. XXI. 15.* officinam genitalem tum marium *Genes. XV. 4.* *2 Sam. XVI. 11.* *Ies. XLVIII. 19.* tum femellarum *Gen. XXV. 23.* *Ruth. I. 11.* *Psf. LXXI. 6.* *Ies. XLIX. 1.* deinde pro corde, intestinorum primario, sumitur *Psf. XL. 9.* CHALDAEVUS penitus h. l. conspirat cum fontibus, neque vero abludit versio ALEXANDRINA, (quam fabulosa antiquitas septuaginta et duobus nescio quibus attribuit) quae מעי frequenter per κοιλίαν vertit, licet quaedam tantum intestina sint indicanda. *2 Sam. XX. 10.* *Ier. IV. 19.* *Ezech. VII. 19.* et Belgae in nostro Ionae loco מעי vertunt per: *Zugewandt.*

1) In Comment. in hunc loc. fol. 373

2) De varia multiplicique verbi καταπίπειν in graeca V. T. Versione et in N. T. vsu conferatur reuerendus verbi diuini apud Danos Orator, MARTINVS CASPAR WOLFFBVRGIUS in observationibus sacris in N. T. p. 320. et seqq

III.

Postea igitur quam satis diu in pisce IONAS commoratus fuerat, redire ipsum in lucem iubet Deus, qua de re Spiritus Sancti verba sic fluunt:

וַיֹּאמֶר יְהוָה לְרֶגַל וַיִּקַּח אֶת - יוֹנָה אֶל - הַיָּבֵשׁוּת;

Paraphrasis Chaldaica

וַאֲמַר יְיָ לְנוֹכָח וּפְלִט יִתְּיֹנֵה לְיַבְשָׁתָא

Et dicitur recte SYRVS, ARABSET GRAECI:
mandavit, A BARBANE.

רוצה לומר שהערי את רוחו שילך לשפת הים ויקח את
יונה אל היבשה

Dicitur vero summum Numen brutis a liisq;
se creatis praecipere, quando eorum ministerio ad
voluntatem et decreta sua peragenda vtitur, *Amos IX.*
3. Es. V. 6; 2 Chron. VII. 13.

Et euomuit. קוּא proprie de exoneratione ven-
triculi per os, qua cibus potusque nimium ingesti, vel mi-
nus bene digesti eiiciuntur, dicitur, confer *Prou. XXIII.*
8. XXV. 16. Apposite heic CHALDAEVVS verbo פִּלַּט
vtitur, quo Talmudici in *Mischna Berachoth C. III.*
נְרָה שְׁפִלְטָה שֶׁבֶּבֶת זֶרַע *Menstruatam, quae semen (ex*
intimis ventris recessibus) eiicit, describunt

IV

Duo nunc in primis circa verba haec, quibus nar-
ratio de IONA in pisce nititur, annotari velim. Pri-
mum est, quod sint verba historica eaque de causa in
sensu proprio et litterali, non vero allegorico aut my-
stico, quem profanae mentes aliis quibusdam
inter sacros historicis scriptoribus tribuere audent,
exponenda. Licet enim largiamur, scripta Prophe-
tica, cuius generis hoc IONAE volumen satis breue
merito habetur, sermone augusto et verborum lumini-
bus

bus, quae *τρόπος καὶ σχήματα* Rhetores dicunt, exornato confecta maximam partem esse; id tamen nemo negabit, saepiuscule in iisdem res gestas stilo historico et simplice narrari. Quam etiam ob rem ex Vatis nostri precibus sublimi *et ἀδραμιν* morem composito dicendi genere propositis nihil ad confirmandam de IONA narrationem adducere volui, ne forte dissensionum et dubitationis crescat materies. Alterum est, quod eadem verba historiam hanc non quasi aliud agendo vel leuiter modo attingant, sed binis vicibus et prolixè satis proponant et eo quidem modo, vt qui modo cunque verba historica in alium torquere sensum nolint, ingens heic subesse miraculum vno ore profiteantur. Equidem primis statim post orbem morte filii Dei pacatum et redemptum inter gentium Philosophos fuere haud pauci, qui huius miraculi veritatem impugnarunt, inter quos agmen ducit PORPHYRIUS, acerrimus Christianorum hostis, qui apud AVGVSTINVM 7) sic contendit: *Quid sentire debemus de IONA, qui dicitur in ventre ceti triduo fuisse, quod ἀπίθανον est et incredibile, transvoratum cum veste hominem fuisse in corde piscis. Hoc enim genus quaestionis (post alia pergit diuinus Doctor) multo cachinno a Paganis grauius irrisum animaduerti. Neque vero semel, sed iteratis vicibus hoc certamen cum gentilibus AVGVSTINO intercessisse, vel inde patet, quod alio quodam loco, defensa Prophetæ historia hunc in modum d) disputet: Hoc quoque illi, cum quibus agimus, malunt irridere quam credere; qui tamen in suis litteris credunt, ARI-*
ONEM,

ONEM, METHYMNAEVM, nobilissimum citharistam, cum esset eiectus de naui, exceptum Delphini dorso, et ad terram esse prouectum. At enim vero hisce annumerandus non esset PETALOSSIVS, quocum iam mihi res est, miraculi quaedam vestigia satis luculenta heic inueniri 3) concedens, nisi simul adderet, persuasum sibi esse non fingendum esse miraculi quid, quamdiu Deus idem illud, non turbato nec inuerso naturae ordine exequi valeret 4)

3) Huc pertinet inter alios TH. BROVVNES de religione medici Part. I. S. 33. p. 203. *Priora*, scribens, *Geneseos capita admodum obscura esse fateor, et quamuis omnia ad litteram interpretari Theologi conati sint, probabiles tamen sunt allegoricae illae interpretationes, et haud scio, an forte mysticae Mosis methodo magis congruae, ut cui in Hieroglyphicis Aegyptiorum scholis institui contigerat.* Aliter sentit Auctor libri: *Moses vindicatus siue asserta historiae creationis aliarumque, quales a Mose narrantur, veritas, aduersus TH. BURNETI Archaeologias Philosophicas Amstelod. 1694.* Temperare mihi non possum, quin vel tribus verbis HERMANNI HARDTII at quanti? mentionem heic injicerem. Hic enim duplici scripto, quorum alterum JONAM in *Carcharia*, alterum JONAM sub *Silycyprio* sistit, quicquid est historiae de fuga JONAE projectique in mare et a pisce absorpti post triduum restitutione, et reliqua in meras transformauit parabolas ac allegorias: Et paulo postquam a SIGISMUNDO BEERMANNO V. D. ministro GVELPHERBYTANO Epistola ad amicum A. 1719. edita confutatus erat, mox programmate factis prolixo de JONA, quo integritas historiae JONAE nec non miraculi robur, contra cuiusdam scrupulos solide defenduntur, Apologum adornauit et denique nouo quodam scripto

pto

pto aenigmata IONAE recensuit, cuius viri ingenio suo fraena nimis laxantis sententia eo redit, ut, cum vetitum esset a rege JEROBOAMO, scribere in regnum, nec adeo integrum esset JONAE aperta fronte Israelitis cladem ominari, ab Assyriis imminentem, sub symbolorum inuolucris id egisse Prophetam fingat, ita quidem, ut Samariam sub Nineues schemate sisteret. Hinc quae de fuga Tarsum parata memorantur, idem velle ac Prophetam scribendi officium declinantem, ad Sardes, h. e. non ad urbem Sardium, sed ad injunctum silentium (alludendo ad voc. שֵׁטוֹן אִשְׁמוֹרָיִם, silentium) se recepisse, officioque diuinitus sibi demandato subducere se voluisse, pro regis interdictis. Fugere, ait, est in ciuilibus negotiis, se subducere, se subtrahere operi, aegre suscipere, detrectare aut declinare. Hinc JONAM, dum meditatus fertur a Deo, filere maluisse, et ab officio diuinitus sibi iniuncto, dicendi et scribendi in Samariam et regnum Israeliticum, desistere, quam Dei nomine dicere, corrigere, et emendationem urgere. Nauem, quam conscendit JONAS, rempublicam Samaritanam esse ait, quae mari vehatur, fluctibus expositam. Per maris tempestatem, bella acerba et turbas, regno Israelitico a Sardanapalo et intestinis motibus impendentes, intelligit. Nautae regni Israelitici membra, subditi regni, ciues quicumque sine discrimine. Ita, Israelitas sua Numina invocaturos, in istis tempestatibus dicit, i. e. idolis suis immolatueros, pro auxilio expetendo; et sic tacite Israelitis idololatriam exprobrasse Prophetam. Suppellex e naui proiecta in mare ingentia tributa notat, hostibus pendenda victoribus et dominis. Jonas ad ima naui descendens, decubuit somno obrutus, malens quiescere in illa tempestate, et velut dormire in regno corruptissimo, velut in angulo latitans. Accessit nauclerus ad JONAM, cum regni Israelitici antistites, ubi frustra ab idolis suis expectauerant opem, tandem ad Prophetas consultum venerunt, quos antea spreuerant, agnoscentes, non vi, sed consilio agendum

B

esse;

esse; sanae doctrinae vim esse inexplicabilem, a qua populi et regni pendeat salus. Iam cum iacerentur sortes, deprehensum fuisse, Prophetarum silentium esse publicae rei damnum, et malorum impendentium causam, indeque coactum fuisse Prophetam, rumpere silentium, atque ita sortem cecidisse in *JONAM*. Qui rogatus cuias esset? edita confessione sua, symbolice Israelitis lectoribus denunciatur regulam fidei et doctrinae, qualem profiterentur Prophetae, et quam *FEROBAMVS* idololatriae praefere deberet; insimulque suadet oblique, mittere idola, et colere verum summum Numen, a quo omnia. Ipse porro, dum capitis sententiam in se dicit, subindicat, neminem mederi posse regni malis, nisi primum Prophetae, qui nimium siluerant, corruptioni publicae non medentes, dent poenas, quae sunt, fluctibus obiici, tempestatibus deduci bellicis, et periculis vitae exponi. Ita eiectus in mare *JONAS*, absorbetur a pisce magno. Hunc *Carcharum* s. *Carchariam*, i. e. canem marinum fuisse putat, in mari mediterraneo frequentem, sub cuius Symbolo hinc hospitium *JONAE* intelligit, in quo abditus Propbeta, per triduum preces ad Deum pro Israelitis fuderit; hinc *Carkathokertam*, quae vetus Niniue fuerit, *Assyriacam* adumbrans regionem, ceu exilii Israelitici sedem futuram. *JONAS* in ventre piscis tribus diebus et noctibus haerens, gentem Israeliticam adumbrat exulem, ita quidem, ut liberationem illi ac credintegrationem polliceatur, ubi in exilio poenitentiam egerint. Pertinet huc quoque eiusdem *HARDTII* scriptum: Das Licht Jonae aus der Historie der Gessuriter, Arameer, Chebroniter, Ahyrier, Sardinianer, Meden, Scythen, Israel und Juda. 1720. in cuius clausula p. 198. ita scribit: Weil im *JONA* die Historien zweyer Könige in Juda, Manassis und Iosiac mit dem altem symbolischen Stilo abgezeichnet und abgebildet, so weit sie mit Niniue oder Ahyrischen Reiche eine Connexion gehabt, bis auf beyder, Niniue und Ahyrischen Reichs Ende zu ihrer Zeit:

Zeit: So sind obige Historien alle nöthig zu wissen und zu *consideriren*, wenn solch kleines Buch zu lesen und zu verstehen. Alle *Symbola* und Bilder nach alter Schreibart sind Vergleichung der Geschichten großer Herrn, welche mit solchen Figuren wie mit Farben schön und eigentlich abgemahlet. Pluribus haec omnia pro sua, qua in vindicanda sacris litteris integritate doctrinae excellentia pollet, persequitur Celeberrimus Academiae Ecclesiaeque nostrae Doctor, IOANNES GOTTLOB. CARPZOVIVS in *Introductione in libros Propheticos V. T.*

- 4) Epistola XLIX. Quaest. VI. T. II. p. 132.
- 5) Libr. I. de ciuitate Dei C. XIV.
- 6) In dissertatione supra allegata ex Ephemeridibus Treuoltinis Mens. Sept. 1719. p. 1476. Je suis obligé de declarer quant que de passer outre, que soumis à la foi de l' Euan-gile, je crois que Dieu a donné l' exemple de IONAS, comme un signe miraculeux, selon les paroles de saint LUC, Chap. XI. v. 29. Generatio haec signum quaerit, et signum non dabitur ei nisi signum IONAE Prophetae. Et v. 30. Nam sicut IONAS fuit signum Niniuitis, ita erit et filius hominis generationi isti. Ainsi je confesse, que la prouidence a présidé d'une façon tres particuliere et miraculeuse a cette fuite d' incidens successifs, de tempête, de sort, de monstre marin, qui conserua IONAS trois jours et trois nuits, puis le vomit, et en ce qu' il n'a souffert dans ce poisson aucune atteinte a sa vie, a sa santé, ni a ses forces, non obstant le jeûne, car encor qu' il auroit pû absolument le supporter sans mourir, ce n'auroit pas été sans souffrir s' il n'auoit été soutenu que par les seules forces naturelles. Cependant au sortir de là, il se mit à marcher comme vn homme vigoureux.
- 7) Verba ipsius haec sunt: Je ne prétens donc point par la
B 2 fuite

suite de ce Discours affoiblir le miracle, ni le nier là où il est; mais je prétens ne le pas admettre là où il n'est pas. Ainsi je vais tâcher d'expliquer la maniere, dont JONAS est entré dans le poisson en excluant tout miracle, pour cette seule circonstance, persuadé que Dieu a pû le faire sans déranger, ni forcer les loix du mouuement, ni les dispositions des causes secondes, puisque tout le monde conuient, que Dieu agit toujours par les voyes les plus simples, et qu'il se tient autant qu'il est possible à l'ordre qu'il a vne fois établi dans la Nature. Quibus verbis vltimis falso supponit PETALOSSIVS, Deum, SEMPER modo agendi quam simplicissimo vti ordinemque, quem semel naturae statuerit, quantum fieri possit, seruare. Parum profecto recedit haec opinio ab ISAAC. PEYRERII *System.* L. IV. C. VI., ANTON. BYNAEI Lib. II. *de calceis Ebraeorum* C. IX. HERMAN. HARDTII *Ephemerid. Discurs.* XII. et IOAN. CLERICI *in comment. in Deuteronom.* C. VIII. fol. 452, figmentis, qui audacter asserunt, DEVM NON SOLERE MIRACVLA FACERE, NISI VBI NATVRA DEFICIAT ET VBI PLANE SINT NECESSARIA. Licet enim concedamus, Deum non semper, sed interdum modo pro ratione diuinæ *οικονομίας* suae miracula perpetrare, illud tamen credimus, et Deum naturae leges transire, quamuis nostro at quam fallaci iudicio miracula non sint summe necessaria. Cur quaeso, apposite hanc in rem scribit venerabilis Theologus, SALOMO DEYLINGIVS, Seruator in nuptiis Canae aquam mutauit in vinum? Hoc enim miraculum plane non erat necessarium, quia vinum aliunde repeti poterat. Cur Hiskiae miraculum praestitit absque summa necessitate, quia absque signo Solis retrogradi de recuperanda sanitate confirmari poterat? *observ. Sacr.* II. P. XVII. p. 189

V

Vt igitur hoc πρώτον ψεῦδος refellamus, opus est comprobare, verba haec nihil aliud nisi diuinum quoddam enarrare miraculum. *Miraculum* ait, ΥΠΟ ΓΑΥΚΕΣ, 8) est opus extraordinarium et stupendum praeter leges naturae (macrocosmicae) et humanae per DEVM immediate factum. Addit quoque idem hic Medicus praestantissimus tres leges naturae corporeae vniuersales totidemque particulares, secundum quas miracula in sacris litteris recensita exponi posse credit, et quarum tertia haec est, quod vnum corpus alteri fortiori occurrens nihil amittat de suo motu: sed solam motus determinationem. Sed alteri minus forti occurrens, id secum moueat, et tantum amittat de suo motu, quantum in illud transfert.

Praeter hanc igitur legem IONAS in stomacho piscis magni tribus diebus totidemque noctibus ipsi vixisse creditur, dum aer antea pulmonibus receptus et ne ex iis exeat impeditus atque in sanguinem veniens eum secum rapuit et circumire fecit. Et fermentum ventriculi piscis corpus IONAE minus forte non dissoluit nec secum ducit. Si quidem, pergat idem, tam exigua portionem aeris debiliorem fuisse vniuersa sanguinis IONAE massa per se manifestum credo. Et fermentum ventriculi piscis fortius fuisse ipso IONAE corpore patet ex eo, quod alii pisces magni homines et animalia, vel certe eorum membra deuorata concoxisse deprehensi sunt. Verum cum multa sint, quae nouae huic miracula explicandi methodo opponi queant, illud tantum moneo, non aequae iustae mihi atque Auctori defini-

tionem miraculi videri. Vt enim vel hoc vnicum addam, in eo minus recte iudicat Auctor, quod per Deum immediate semper fieri debere miracula arbitratur. Miraculum itaque res sit oportet ordinarias naturae leges atque vires plane superans, cuius causam proinde aliam nullam quam diuinam virtutem vel immediate operantem, vel ministeriali causae collatam atque veluti concreditam reddere liceat. Per ordinarias autem leges, quas superare miraculum diximus, nihil aliud, vt rem simplicissime exponamus, intelligitur, quam corporum animorumque, quibus omne naturae regnum finitur absoluiturque, potentiae, quae quidem ab essentiis eorum attributisque essentialibus pendent viresque, quibus valent ad certos motus atque operationes producendas. Applicanda nunc est haec definitio ad rem praesentem. Insolitum quid atque extraordinarium heic narrari, vel ex eo clarum est, quod Deus piscem praeparasse, id est, ad certum quendam finem destinasse piscem et denuo post tres dies eidem dixisse atque vt euomeret IONAM imperasse perhibeatur, quippe quibus et similibus loquendi rationibus Scriptura sacra vtitur, quando rem non secundum suetas naturae leges gestam vult narrare. conf. Exod. XV. 25

8) *In dissert. Physic. de Miraculis more mathematico elaborata et exemplis e sacra scriptura depraemtis illucidata et confirmata, quae integra inserta legitur in Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica class. III. Fasc. IV. p. 581. quae praestantissimorum schediasmatum collectio Bremae indefesso studio celeberrimorum et de re litteraria optime merentium Virorum, FRIDERICI ADOLPHI LAMPII & THEODORI HASAEI prodire solet.*

VI

Idem ex facti huius cum iis, quae antecedunt, συναφεία et consensione egregie confirmatur. Urget hoc ipse ὁ ἀντιλέγων, quod cura Dei modo insolenti hac vice prouida omnia gubernauerit, excitatam videlicet tempestatis iniuriam, sortes deiectas, monstrum marinum, quod per tres dies totidemque noctes IONAM conseruauerit, adeo ut hic in nullum vel vitae, vel valetudinis, vel virium praecipue ieiunio isto frangendarum venerit discrimen, et quae sunt alia. Quibus etiam illud accedit, quod ipse veritatis Auctor et summus naturae rerumque omnium Conseruator ad hanc de IONA historiam prouocet atque hoc suo testimonio eandem contra omnium mortalium dubitationem confirmet. Quanto vero maiorem haec omnia apud nos merentur fidem; eo magis mirum nobis videtur, quod Medicus Noster pergat obstrepere atque, cum contra piscis IONAE hospitis speciem pugnet, negare, quod vnquam IONAS in ventre piscis cuiusdam fuerit. Quod dum quinque obiectionibus 9) facit, quae quidem contra canem Carchariam directae potissimam tamen partem controuersiae nostrae caput attingunt, sistendae eae sunt in aciem, et quid valeant contra veritatem vere diuinam, breuiter dispiciendum.

- 9) Prolixiora quidem paulo sunt PETALOSSII verba, integra tamen et lingua vernacula heic legenda, ut omni fide atque dexteritate nos egisse Lectoribus constet.

I. Obiection. La Lamie est un poisson, dont les mâchoires s'ouurent assez à la verité pour laisser passer un homme

me

me facilement dans son ventre; mais elle a cinq ou six rangées de dents, à chaque mâchoire faites en scie, et placées en maniere de pallifade, inclinées en dedans, qui ne permettent pas la sortie. Bartholin qui a prévu cette objection et qui en a senti la force, y repond ainsi: *Dei manus ingressum et egressum ejus custodivit.*

II. Objection. Tous ceux, qui ont écrit de la nature de ce poisson, disent, qu'il est si goulu, que rien ne peut echapper hors de sa gueule de tout ce, qu'il y est vne fois entré; s'il attrape le bras, ou la jambe à vn homme, il les coupe plutôt que de les laisser aller. En vn mot, il n'est point de monstre dans la mer si dangereux; c'est vne verité si connue, que les Mariniers de l'océan le nomment par cette raison *Requiem*. Y pense-t-on, de vouloir assûrer la vie de IONAS en la confiant à vn animal de cette espece? Non, Dieu sans vn nouveau miracle n'auroit pas pu en faire conseruateur de son Prophète. Que si les Partisans de la lamie se deffendent avec le verser, et dixit Dominus Piscis, et euomuit IONAM in aridam. Je reponds, que l'on doit entendre par là, que lorsque Dieu voulut, le poisson ouurit sa gueule et c'est sur cette volonté diuine, qui fixa l'ouerture de la gueule du poisson au bout de trois jours, que tombe le miracle; mais non pas, que le Seigneur ait pour cela changé la nature de ce monstre, puisqu'en arrêter la voracité seruit vn autre miracle non moindre que de suspendre l'action du feu sur de l'étoupe seche; Et comme l'explication que je donnerai n'a pas besoin de ce miracle-cy; la raison, qui sembloit fauoriser le parti de la Lamie, est selon moi la plus forte pour le combattre.

III. Objection. IONAS descendu dans l'estomac de la gueule de ce poisson fermée, par où auroit-il pû respirer pour y viure trois jours et trois nuits? Pour grand que soit l'estomac de ce poisson, il n'y auroit pas trouué de l'air en assez grande quantité, ni assez pur, ni assez renouvelé,
au

au défaut duquel IONAS seroit étouffé immanquablement; car les oüyes des poissons n' ont point de communication avec leur estomac.

IV. Obiection. Quand même l'air enfermé dans l'estomac de la Lamie auroit pû, ce que l'on ne croit pas, suffire par la quantité a IONAS pour y respirer, est-il permis de croire, qu'un homme épuisé par la tristesse par l'effroy, et par le jeûne, puisse ne pas expirer de défaillance, au milieu de l'infection d'un cloaque rempli des immondices de poissons a demi digerez ou pourris, qui ne manquent jamais de se trouver dans l'estomac d'un animal de cette glotonnerie? Et chacun sçait, que de toutes les pourritures, celle du poisson est la plus forte, et la plus insoutenable à l'odorat.

V. Obiection. Enfin l'estomac est fait pour digerer ce que la gueule a englouti; ce poisson est viuant, ses parties doivent faire leur fonction. Il n'auroit pas manqué d'y avoir, soit un ferment digestif, soit quelque broyement ou trituration, aidée par les elancemens, et les inflexions du corps d'un poisson qui nage, soit quelque cause que l'on veuille admettre: or puisq'on assure, que la lamie est de tous les poissons non seulement le plus goulu, mais encor celui qui digere en moins de tems, trois jours et trois nuits en étoit un plus que suffisant, pour donner sur le corps de IONAS des atteintes mortelles. En un mot, la vie de IONAS exposée et liurée a un monstre de cette sorte auroit été perdue sans ressource, à moins que de recourir à des miracles multipliés, desquels je me passerai dans ma maniere d'expliquer ce Fait, pour n'en pas admettre comme j'ai dit, là ou il n'y en a point, et pour ne pas les multiplier inutilement. C'est pourquoi je n'hesite point d'abandonner l'opinion de la Lamie

VII

Facili quidem negotio tela haec praeuisa elidere atque ad posteriores in primis dubitandi rationes respondere possimus: ne naturae quidem penitus repugnare, si IONAM in ventre piscis aliquamdiu habitare potuisse statuamus. EMPEDOCLEM, Philosophum, totos triginta dies sine respiratione et corruptione salua seruare corpora potuisse olim persuasum sibi habuit vetustas. 10) Cur igitur potentiae divinae denegent, id quod artibus humanis praestitum fuit? Neque illud dicendum est fabula, cuius modum ratio humana penetrare non valet. Quis vnquam in dubium vocauerit, foetum in vteri materni angustiis et delitescere et viuere, et augmenta capere, donec in lucem edatur? Licet enim embrioni *ἀναπνοή* et respirandi vis desit, dum in obscuro matris recessu latet; *διαπνοή* tamen et transpirandi facultas ipsi tanta est, quanta ad vitam, et sensuum *οἰκονομίαν* stabilendam conseruandamque sufficit, etsi aëris externi commercium ipsi nondum adsit. Ad quotidianum hoc experimentum prouocant in nostro IONAE negotio ABARBANEL ET THEOPHYLACTVS. Et quis tandem nescit, quid vsus et consuetudo in vrinatoribus valeat, qui etiam absque campanae vrinatoriae ope sub vndarum fluctibus satis diu commorari cordisque et sanguinis motum conseruare integrum possunt. Narrat celeberrimus CIMBRORVM Hippocrates, IONICOLAVS PECHLINVS II), feminam quandam per tres dies sub aquis sepultam recepisse vitam, eandemque sensibus integris diutius protraxisse.
Quantum

tum igitur praestitit contra fluctuum violentiam natura, tantum quoque eadem contra belluini ventris vel foetorem vel concoctionem vehementiorem praestitisse statui posset. Verum cum Scepticis materiem miraculum hoc diuinum in dubium vocandi suppeditare nos hoc modo posse, metuendum sit, consultius est, euicto nunc ex iis, quae supra adstruximus et ipsius dissentientis concessione miraculo, ad alia eiusmodi naturae vires multum superantia portenta prouocando respondere. Triumviri fidei et virtutis constantia nominis immortalitatem consecuti erectum a Rege diuersis metallis colossum cum adorare nollent, in caminum ardentem deiecti et ligati flammae aestum adeo represserunt, vt neque capilli corporis neque fila vestimentorum igne laederentur, vtque ardori fidei ardor cederet etiam incensi septuplo ardentioris camini. Coniectus in leonum foueam DANIEL pabulo inhiantes cupidissime ferocissimarum belluarum rictus fide compescuit, quin latrante suo stomacho ipsam deuorarent. Non deessent prurienti quorundam ingenio argumenta, quibus vim diuinam eludere atque miraculi neruos succidere se posse credunt, quos tamen gloriosos milites diserta harum recensio littera arma deiicere iubet. Denique vt ad singula deueniamus, ad primam et secundam obiectionem cum PETALOSSIO κατ' ἀνθρώπων pugnando, dicimus, quod IONAS per vastissimum piscis magni os illaesus transire omnino potuerit. Quis tot hominum non de plebe sed rei naturalis peritissimorum e veteri et recentiore memoria, imo quorundam ἀνθρώπων, AELIANI,

RONDELETI, P. GILLII et P. KOLBII, narrationibus fidem denegaret et assensum, ὁμοθυμαδὸν in id conspirantibus, quod integri homines aliquando loricati in ipsorum ventre fuerint reperti. Ad reliqua PETALOSSII argumenta vrgeo denuo, quod eadem omnino miraculi diuini heic aduertendi adstruant veritatem, quam cum extollat CORNELIVS A LAPIDE, 12) obseruat, quod quatuor potissimum heic occurrunt admiratione digna, quorum primum est, quod calidissimus piscis stomachus Ionam, non consumserit et conuerterit in chylum: Secundum quod aërem frigidum attrahere et vivere IONAS potuerit: Tertium, quod pessimo odore non fuerit peremptus: et quartum tandem, quod mentis compos carmen cecinerit.

Et tandem, quod primo statim loco vrsimus recensionis litterae et simplici explicationi inhaerendum esse iterum iterumque inculcamus, praecipue, cum vocabulum מַעַי, nē vnico quidem totius Codicis Ebraei loco in naturali et simplici significato suo de re quadam alia nisi de iis quae intra ventrem sunt, vsurpari ex ipsa αὐτοψία cuiuslibet patere possit

10) Libr. VIII. Segm. LXI p. 531 ex Edit. Meibomiana.

11) In Tractatu de vita sub aquis.

12) In Commentario in hunc locum.

VIII

Ex hisce igitur ad HEVMANNI cum PETALOSSIO consensum 1) et argumenta, quibus vtitur responsu

sponſu eſt facillimum. Fallitur enim hic vir celeberrimus, vel ideo ſtatui poſſe, quod IONAS in Chamaſmate piſcis haerit, quia vox Ebraea בטן quamvis cauitatem poſſit ſignificare. Miror proſecto, Philologum hunc praefantiffimum, dum nouis ſententiis vel ex ſuo fingendis cerebro vel ab aliis iam propoſitis adoptandis inhiat auidiffime, codici ſacro euoluendo otii nihil dediffe. Id quod enim ſi fecerit, perſpexiſſet, in omni hac historia vocabulum בטן, a Spiritu S. nunquam adhibitum fuiſſe, niſi forte Cantici verba

Cap. II. v. 3

מִבֶּטֶן שְׂאוֹל שׁוּעָתִי שְׁמַעָה קוֹלִי :

huc torquere vellet, quibus tamen in ſui patrocini-um nihil efficiet, quia IONAS in precibus non dicit מִבֶּטֶן הַדָּג sed מִבֶּטֶן שְׂאוֹל quibus quippe verbis periculum reſpicit IONAS, quod ſibi immineat, niſi Deus ipſi auxilio ſuo praefito futurus ſit. Recte proinde voces haec οὐδ' οὐ reddiderunt: Ἐκ κοιλίας αὐτοῦ. Eſt enim Ebraeis haec metaphora maxime ſolemnia, vt שְׂאוֹל de ſummo quocunq; rerum discrimine, de morte et de aeterna, quae impiis extimeſcenda eſt, calamitate ſcriptoribus ſacris in uſu ſit frequenti. Prolixiori igitur cenſura opus non habet HEVMANNVS, niſi quod in eo quoque cum IOANNE CLERICO ſuo fallatur, quod propter ſermonis Ebraici inopiam eiſmodi translationem vocabula illius linguae facile patiantur. Falſo enim ſupponit, ex linguae inopia originem trahere ſuam metaphoras, cum potius venuſtas et ſermonis elegantia iisdem natales dederint.

C 3

Quis

Quis vnquam linguam Graecam et Latinam, HEV-
MANNŌ iudice, impune accusauerit, egestatis? de
quarum tamen vtraque idem ipse pronunciat, quod
haec metaphora κοιλίας et ventris in iisdem locum in-
ueniat.

- 1) Verba CL. HEVMANNI in Nouis litterariis
Lipsiensibus in 8. de Anno 1720. Kl. Sextil. p. 116. haec sunt:
Cum offendi in nouis tuis litterariis, quae vernaculo sermo-
ne contextis, p. 348. PETALOSSIVM quendam, medi-
cum Lugdunensem, emissa nuper singulari dissertatione con-
tendisse, IONAM Prophetam non subiisse ventrem balaenae,
sed in ore eius haesisse triduum; non mediocriter laetatus
sum, idem isti medico venisse in mentem, quod iam pluribus
abhinc annis statuere coepi, ex quo scilicet in GASSENDI
libro V. Vitae PEIRESCIANAE p. 295. legi, animal il-
lud os habere adeo vastum, vt exemta lingua, possit eques,
haud palatum vertice feriens, ingredi, gutturis autem esse
adeo angusti, vt vix possit capere duos pisciculos digito ar-
ticulari non maiores. Confirmatus in hac sententia sum, cum
vidi τὸ בטן Ebraicum, quod ventrem signat, pro quavis ca-
uitate accipi posse, more ceterorum illius linguae vocabulorum,
quae propter inopiam Ebraici sermonis translationem ejus-
modi facile patiuntur. Ac in promptu locus est, qui mihi pa-
trocinatur. Nam SALOMO in Prouerbiis C. XXII. v. 18. ita
fatur: Si verba sapientum custodieris בְּבִטְנֶךָ quod non
verterim in ventre tuo, sed intra te. Per ventrem interio-
ra aut penetralia mentis tuae intellige, inquit erudite ad
b. I. VATABLVS. Si igitur IONAS fuit in balaena, recte
Ebraice dicitur, eum fuisse בטן balaenae. Imitatus quodam-
modo hunc Ebraismum est CLAVDIANVS MAMER-
TVS, cum lib. I. de statu animae c. 24. perscripsit haec ver-
ba: Certum tamen est, imaginari animam humanam intra
quen-

quendam ventrem memoriae nequaquam posse, nisi ea, quae per corpus accepit. En intra ventrem memoriae, hoc est, intra memoriam, siue in memoria. Ceterum latiore $\tau\delta$ יוֹן significatum, quo ventrem et quamuis protuberantiam sonat, jam annotauit IOAN. CLERICVS in Comment. in Genesim C. XLIII. v. 10. p. 275. Contra eiusdem CLERICI criminationes de L. E. inopia in arte sua critica et multis aliis in locis saepiuscule repetitas litteraturae Ebraeae copiam et vbertatem vindicauit M. PAVLVS BERGER Wittembergae 1700 in 4to

IX

Denique non est, vt PETALOSSIVS de nouo 2) suo inuento gaudeat impensius aut HEVMANNVS non mediocriter laetetur, idem isti medico venisse in mentem, quod iam pluribus abhinc annis statuere ILLE coeperit. Iam diu ante DVVMVIROS hosce celeberrimos idem senserunt haud pauci, de quorum nonnullis VRSINVS 3) ita iudicat: *superflue subtiles sunt, qui apud EPISCOPVM CONIMBRICENSEM (IOANNEM SVAREZIVM, Seculo XVI. clarum, qui CONCILIO TRIDENTINO interfuit et commentarios in MATTHAEVM reliquit, quos multis vtilissimis tractatibus distinctos laudat SIXTVS SENENSIS 4) os ceti dici eius ventrem ob ingentem latitudinem dicunt. Et IO. BRUNSMANNVS 5) commemorat, quod nonnulli existiment, ex usu linguae sacrae orientaliumque id quoque in ventre aut viscere rei praedicari situm, quod quacunque ratione est intra illam. Itaque si IONAS non aliter intra bestiam esse quiverit: saltem in ore existere quiuisset, quippe quod cetis est amplissimum.*

14)

- 2) Quod vne explication nouuelle appellitat.
- 3) In Comment. in IONAM.
- 4) In Biblioth. S. L. IV.
- 5) In scripto quodam exiguae quantitatis : cetus IONAE,
Ienae 1687.

X

Ea igitur, quae adhuc disputauimus, eo fuere directa omnia, vt IONAM in ventre non in ore piscis habitasse adstruamus. Restat nunc, vt quanto argumentorum pondere piscem hunc fuisse balaenam PETALOSSIVS pugnet dispiciamus. Vbi ante omnia notandum est, nimis confidenter illum scribere, quando omnem antiquitatem idem credidisse arbitratur. 6) Antiquissimi profecto rerum sacrarum enarratores nullam piscium speciem definiunt, dum IVST. MARTYR 7) ἀδρὸν ἰχθῆα, AVGVSTINVS vero bestiam marinam, et ALCIMVSAVITVS belluam appellitant. Illi vero, qui balaenam IONAE hospitem dicunt, dubio procul τῶν ὀρίων atque N. T. auctoritate inducti id fecerunt. Ego, qui hanc controuersiam meam facere iam nolo, paucissimis illud tantum addo, PETALOSSII rationes 8) quibus balaenam euincere studet, id minime praestare. Varias enim et haud leues hanc PETALOSSII opinionem premunt difficultates. Primo enim vt concedamus balaenam pullos suos boui haud dissimiles, tempestate maris saeuiente, intra capacitatem oris tutos conseruare et a periculo immunes; an vero demonstrare potest idem, per triduum et trinoctium illam eos in ore ita circumgestare, praecipue cum IONA fluctuum irae tradito, tempestas mox detumue-

muerit? vnde nouit balaenam IONAM pro ejusmodi pullo habuisse? vnde probat balaenam tum pullos habuisse, cum IONAS naue extruderetur? Vnde planum facit, nauem, qua IONAS vectus, recens fuisse extractum, et olida pinguedine illitam, quae allegerit hanc balaenam, vt fieri solet? Heu quanta figmenta! et quanta sentiendi libertas vbique! deinde licet haec omnia concedamus, quae tamen concedi nunquam possunt, periculum sane fuit, ne IONAS in ore balaenae ita sedens aut discumbens fluctibus denuo obruatur, et in ipso portu seu fauce balaenae nouum mare et nouam tempestatem, quam vix effugerat iterum experiretur. Solet enim balaena per easdem patulas satis nares, quibus respirare solet, et per quas IONAE liberiolem respirandi facultatem concessam putat Medicus, ingentem quoque aquarum vim attrahere et magno dein nisu fursum versus iterum effutire, quod e longinquo in alto aequore conspici posse *οι αὐτόπται* testantur. Quod si igitur illa inundatio IONAM obruisset, tunc misero Vati misere fuisset pereundum. Sed ita disputare et nihil nisi figmenta et luxuriantis ingenii coniecturas adducere, est Andabatarum more pugnare

- 6) Dum ita scribit: Toute l' antiquité ac rû, que le poisson, qui engloutit IONAS, etoit vne baleine, parcequ'elle est certainement de tous les poissons le plus gros.
- 8) In colloquio cum Iudaeo Tryphone p. 334. ex edit opp. Colon.
- 9) Argumenta, quibus pro balaena pugnat PETALOS-SIVS, haec sunt:

L. Remarque. L'interieur de la gueule d'une baleine
D est

est certainement aussi grand qu'vne petite chambre, ou du moins beaucoup au delà de ce qu'il en faut pour contenir vn homme fort a son aise.

II. Remarque. La Baleine produit quelque fois deux Baleinons, quelque fois vn seul à chaque portée: ils suivent toujours leur mere tout le tems, qu'ils tetent, et lorsqu'elle s'apperçoit d'vne tempête prochaine, elle les prend dans sa gueule, et ne les quitte, que quand la tempête est finie. La Baleine de IONAS se trompa: elle le prit sans doute pour son Balein, et le fardeau ne lui parut, ni plus pesant ni plus embarrassant.

III. Remarque. La langue de Baleine est si epaisse, et si grande, que BARTHOLIN dans la dissertation, dont j'aj parlé dit, qu'on en tire jusqu'à dix-huit tonnes de graisse. Vne langue de cette importance a pû servir a IONAS comme de matelas pour y être ou assis, on couché mollement.

IV. Remarque. IONSTON rapporte vingt especes differentes de Baleines, parmi les quelles il y en a vne fort grosse, qui porte au devant du front deux évents, par où elle fait quelque fois réjaillir l'eau de la mer, dont elle se remplit la gueule pour s'egayer, c'est aussi par là que l'air entre dans sa gueule, et de celle ci dans son poumon, par où elle respire. Ces deux ouvertures me paroissent très-commodes pour donner a IONAS vn air pur, et aisé à respirer.

V. Remarque. Celle ci donne encor vne raison très satisfaisante pourquoi cette Baleine se trouua là toute prête à aualer IONAS. ALDROAND dit, que ces poissons aiment passionnement l'odeur de la poix, ce qui fait, que souvent ils suivent les vaisseaux, et qu'ils s'en approchent de fort près, sur tout lorsqu'ils sont nouvellement calfentrez: c'est apparemment dans cet état, que se trouua le vaisseau de IONAS, puisqu'il sortoit d'un port de mer pour se me-

tre

tre en voyage. Il est probable, que la Baleine, qui se trou-
ua si prompte pour sauuer IONAS du naufrage, auoit fuiui
le vaisseau à son odeur.

XI

Praestat igitur, cum spiritus S. piscem, qui IONAM ceu
offam ingurgitauerit, לִיָּגָן לִיָּגָן et τὸν κήτον (qua voce apud
Graecos, omnia piscium eximiaie magnitudinis genera, ipso
PETALOSSIO consentiente, insigniuntur) nominet, tacere,
nullamque piscis speciem determinare. Praestat tamen et in
his ingenium exercere. Multi, quorum nonnullos PETA-
LOSSIVS allegauit, piscem, qui IONAM sibi epulas fe-
cerit, dicunt Carchariam. Sunt autem duo Carchariae, vnus
canicula marina PLINIO 2) et aliis, AELIANO 3) vero
et ARISTOTELI κύων θαλαττία dictus, qui ex genere
mustelorum siue γαλαῶν jure suo Carcharias ob mordacitatem
et dentium acumina ferratim posita, $\text{ἀπὸ τῶν κερχάρων ὀδόν-}$
 των , ab acutis et asperis dentibus vocatur, vt recte annotauit
ATHENAEVS. Est hic crudelis ille latro, vix aliquid si-
ne dentium molitura in ventrem dimittere solitus, quem hoc lo-
co nostro adfuisse pernegat PETALOSSIVS, alter vero
 καταχρησικᾶς ita dicitur, proprie autem $\text{λαμνῆς ἀπὸ τῆ ἔχειν}$
 μεγὰν λαιμὸν apud Graecos et Lamia siue lamna apud Latinos vo-
catur. Hic ex cetaceo est genere et tam immenso oris et fau-
cium rictu instructus dicitur, vt hominem totum sine vlllo impe-
dimento possit deglutire, hinc et OPPIANVS 4) de eo canit:

$\text{ἀταρτηρῆς τε δυσαντέα χάσματα λάμνης.}$

Et Nicaeenses PETRO GILLIO 5) viro φυσικωτάτῳ
 ἄματε δυσυχεςάτῳ testati sunt, se lamiam cepisse ad IV millia
ponderum accedentem, in cuius ventre solidus homo fuerit re-
pertus. Eidem quoque Massilienses retulerunt, in alia Lamia
capta loriatum hominem fuisse deprehensum, vt haec omnia
enarrat GERARDVS IO. VOSSIVS. 6) Ex recentissi-
mis itinerum litterariorum conditoribus idem confirmat PE-
TRVS KOLBIVS. 7) Si igitur in hisce rerum omnium

Incertis aliquid pronunciare liceat, ego, in illorum castra transire vellem, qui IONAE deglutitorem Lamiam fuisse hariolantur. Verum haec omnia limites instituti nostri transgredi videntur

11) Inter alios multos OPPIANVS L. I. v. 360. Κήτεα δ' ὀβριμόγυια, πελώρια θαύματα πόντε et Aelianus Hist. Animal. L. I. c. 55. Κυνῶν θαλάττιων τρία γένη, καὶ οἱ μὲν αὐτῶν εἰσι μεγάθυοι μέγιστον, καὶ κητῶν ἐν τοῖς ἀλκιμωτάτοις ἀριθμοῖντ' ἄν. Et notum est Graecos in vertendis V. T. fontibus pro qualibet bellua marina excellentioris magnitudinis hac voce vsos esse. Conf. Iob. III. 8.

12) Histor. Nat. L. IX. c. 24.

1) L. I. Histor. Animal. c. 17.

2) L. I. Ἀλιευτικῶν v. 370.

3) Vir hic iufelicissimus in Graecia, Aegypto, Syria, et Perside liberalitate FRANCISCI I. Galliarum Regis omnia naturae arcana peruestigauit, in quem admodum iniquus est CONRADVS GESNERVS in Prologo ad CLAVDII AELIANI de animalium natura libr. XVII.

4) De Idololatria L. I. c. 8.

5) In Libr. sermone Teutonico ante II. annos edito: Reise an das Africanische Vorgebürge der guten Hoffnung nebst einer ausführlichen Beschreibung desselben, in 3. Theilen abgefaßt. Norimbergae 1719.

XII

Et haec sunt, quae pro virium nostrarum imbecillitate ad vindicandam historiae sacrae veritatem afferre licuit. Gratum nobis erit, si legentium cupiditati fecerimus satis; sin vero humani quid passi sumus, facile emendabimur. Deum autem precamur, velit nobis fontes sacratissimo sconservare puros atque limpidos, quo veritatis Phosphorus omnibus, qui eam amant, magis magisque illucescat

ינל 755 וליע

Coll. diss. A. 135, msc. 36